

habe diese Exemplare gesehen und muss zugeben, dass auch ich sie einer neuen, von *E. hirtella* verschiedenen Art zugeschrieben hätte, wenn ich sie zu der Zeit, in der sie Freyn untersuchte, zugesendet erhalten hätte. Diese Exemplare wichen nämlich durch stumpfere Blätter, durch mehr entfernt stehende Bracteen von der typischen *E. hirtella* ab. Erst durch Exemplare, welche seither im Occupationsgebiete gesammelt wurden, durch Studien der *E. hirtella* an einem reichen Standorte (Stilfserjoch), insbesondere durch Cultur der *E. hirtella* im Prager botanischen Garten wurde mir die Zugehörigkeit der *E. Brandisii* zu *E. hirtella* klar.

Die Namen *E. intermedia* und *E. imbricata* Soyer Willemet wären wohl älter als *E. hirtella* Jord., doch muss von einer Verwendung dieser Namen abgesehen werden, da sie ohne Diagnose publicirt wurden und überdies mehrfach, auf verschiedene Pflanzen sich beziehend, in der citirten Arbeit Soyer-Willemet's vorkommen.

(Fortsetzung folgt.)

Plantae novae Orientales.

III.

Von J. Freyn (Prag).

(Fortsetzung.¹⁾)

Verbascum (Lychnitis) bracteosum Freyn et Sint.
E. Lychnitidearum Boiss. grege macrocalycinarum, filamentorum barba albida. Bienne? pluricaule, caulibus angulatis strictis erectis foliosis floccosis et decalvescentibus in racemum simplicem abeuntibus; foliis radicalibus dense rosulatis rugosis supra viridibus sparse stellipilis, subtus plus minus dense griseo pannosis et floccosis, crenulatis lanceolatis in petiolum breviter attenuatis; caulinis diminutis angustatis lineari lanceolatis acuminatis basi obtusa sessilibus; fasciculis 4 floris, bracteis longissimis anguste-linearibus acutissimis suffultis; pedicellis tenuibus inaequalibus (nempe majora calyce sesqui longiora) cum basi calycina dense lanato-tomentosis; calyce 7 mm longo ad $\frac{3}{4}$ in lacinias lineares acutas margine lanato subglanduloso excepto glabratas partito; corolla lutea extus laxe lanatula, filamentis sordide albo-lanatis, longioribus infra antheras reniformas glabris; capsula ignota. ☺ (?) Medio Junii.

Paphlagoniae, in monte Giaurdagh ad Tossia die 10. junio 1892 leg. Sintenis! (Exsicc. no. 4209.)

Dimensiones (ex unico specimine): Caulis cum racemo 22 cm longo semimetrum altus, ad basin 6—7 mm crassus; folia basilaria cum petiolo 5 centimetrali 12 cm longa, 2 ad medium

¹⁾ Vergl. Nr. 7, S. 257.

lata; bracteae infimae 3·5 cm longae. 0·4—0·5 ad basin latae; corolla 30—32 mm diametro; calyx 7 mm longus.

Species habitu omnino *V. Boerhavia* L. revocans, a quo floribus longe pedicellatis et filamentorum lana alba (nec purpurea) primo aspectu discernendum. Insuper differt ab affini *V. sphenandroidi* C. Koch indumento, pedicellis brevioribus, floribus dense (nec laxe) racemosis, bracteis longissimis glomerulas duplo superantibus, calyce 7 (nec 5) mm longo lanato (nec tomentello), dentibus glabris subglandulosis. Etiam *V. myrianthum* Boiss., *V. cestroides* Boiss. Hausskn. et *V. phyllostachyum* Boiss. Hausskn. a nostro longe differunt.

Verbascum (Lychnitis) cylindraceum Freyn et Sint. E *Lychnitidearum* Boiss. serie microcalycinarum, lana albida. carpellis cylindricis. Bienne undique plus minus stellipilum flavicans vel virescens, caule erecto stricto tereti jam infra medium in paniculam pyramidatam ramosissimam multifloram abeunte, foliis crenulatis lanceolatis, basilaribus et caulinis infimis in petiolum eis brevioribus angustatis, caeteris sessilibus sensim decrescentibus, omnibus planis; florum fasciculis breviter bracteatis 2—8 floris remotis, racemos longos laxiusculos strictos formantibus; pedicellis initio inaequalibus tandem calyce 3 plo longioribus; bracteis lanceolatis glabrescentibus fasciculi dimidium haud aequantibus; calyce paulo plus 2 mm longo ad medium in lacinias longetriangulares partito; corolla parva lutea extus plus minus stellipila et tomentosula; filamentis albido-lanatis; capsula cylindrica truncata mucronata, laxe stellatim tomentosa, calyce plus duplo longiore. ☉ (?) Medio Junio ad exeuntem Julii.

Paphlagoniae Tossia: in montosis ad urbem die 13. junio et 28. julio 1892 leg. Sintenis! (Exsicc. no. 4212).

Dimensiones: Caulis 50—80 cm altus et elatior, panicula saepe 60 cm alta et 25—30 cm diametro; folia basilaria petiolo sub-5centimetrali excepto circ. 10 cm longa et ad medium 2·5—3·5 lata; calyx 2 mm longus; corolla 1·6—2 cm diametro, capsula (fere matura) 4—5 mm longa, 2 crassa.

Ob capsulam angustam species insignis fere *Steurophragmam* revocans. Differt ab affini *V. stenocarpo* Boiss. tomento non aerugineo, foliis crenulatis (nec sinuato-lobatis), planis (nec undulatis), bracteis lanceolatis (nec lineari-setaceis), calyce 2 (nec 3) mm longo ad medium tantum (nec ad basin) partito; a *V. myriocarpo* Boiss. differt indumento nec argyreo-tomentoso, foliis basilaribus non amplis neque grosse undulato-repandis, panicula tomentosa (non glabra), capsula tomentosa (non glabra) etc.

Verbascum (Lychnitis) inaequale Freyn et Sint. E grege *Lychnitidearum* Boiss. filamentorum lana albida (capsula ignota). Bienne (?) undique plus minus stellipilum flavicans

vel virescens, caule solitario erecto stricto angulato apice in paniculam amplam pyramidatam abeunte; foliis subplicatis vel planis crenulatis late lanceolatis basilaribus amplis et caulinis infimis obtusiusculis in petiolum eis brevior angustatis, caeteris sensim diminutis acuminatis basi cordata subauriculata semiamplexicaulibus, summis breviter ovatis, paniculae ramis strictis elongatis, florum fasciculis laxis, bractea brevi lanceolata-subulata suffultis, pedicellis valde inaequalibus, aliis calyce duplo-subtriplo longioribus, aliis eo $\pm$ aequantibus, aliis eo brevioribus; calyce 5 mm longo in lacinias anguste lanceolatas ad basin fere partito; corolla mediocri extus $\pm$ stellatim tomentosa, filamentis albo-lanatis; capsula (juvenili) dense tomentosa subglobosa calyce manifeste brevior. ☹ (?) Julio.

Paphlagoniae Tossia: Güwekhaschi ad montem Bellowa die 9. Julio 1892 leg. Sintenis! (Exsicc. no. 4701).

Dimensiones: Caulis (ex fragmentis a me visis dijudicandum) 1—1.5 metralis; folia basilaria et caulina infera 50—60 cm longa et infra apicem 7—8 lata, sed etiam eximie minora; corolla circ. 3.2 cm diametro, calyx 5 mm longus, pedicelli longiores usque ad 13 mm longi.

Habitu, indumento et multis notis *V. specioso* Schrad. arcte affine sed diversum inprimis pedicellis valde inaequalibus, calyce manifeste longiore, corolla duplo majore et forse etiam capsula. An nostra *V. speciosum* γ . *microcarpum* Boiss. Fl. or. IV. 325?

Verbascum (Lychnitis) adpersum Freyn et Sint. E grege *Leiantharum* Boiss. capsula ovato-globosa. Perenne (?), 1—pluricaule virens, caulibus rubellis a basi vel saltem jam infra medium in paniculam laxe tomentosam foliatam ramosam abeuntibus; foliis inferioribus pro ratione parvis oblongo- vel spathulato-lanceolatis obtusis crenatis in petiolum attenuatis laxe tomentosis sublanatis, caulinis saepe glabrescentibus, inferioribus radicalibus conformibus sed majoribus ad summa sessilia subserrata parum diminutis; bracteis magnis foliiformibus, infimis pedicella laxe nivea plus duplo superantibus, summis pedicellis dense tomentosis paulo longioribus; floribus geminatis, pedicello tandem rigido subincrassato calyce 2—3 plo longiore insidentibus longe et laxe racemosis; calyce glabrescente viridi 5-millimetralli tandem valde aucto in lacinias lanceolato-lineares obtusas nonnunquam subspatulatas ad basin partito; corolla mediocri flava glandulis copiosis pellucidis fuscescentibus adpersa et extus insuper laxe tomentosa! filamentis albido-lanatis, antheribus omnibus reniformibus, capsula ovata mucronata pedicello subtriplo brevior. 24 (?) Junio, Julio.

Paphlagoniae Tossia: in campis ad Sabadscha die 23. junio (floriferum; exsicc. no. 4360) et 4. aug. 1892 (fructif. Exsicc. no. 4360 b) leg. Sintenis!

Dimensiones: Caulis metralis vel multo minor; folia radicalia iis *Stachys rectae* non dissimilia cum petiolo 8·5 cm longa, 1·2 lata, folia caulina infera (maxima a me visa) cum petiolo 4 centimetrali 11 cm longa et ad vel infra medium 2·6 lata; pedicellus florendi tempore 7—8 mm tandem usque ad 18 mm longus; calyx a 5 millimetris ad 11 auctus, corolla 2·5 cm lata; capsula matura circ. 5 mm longa.

Species elegans in grege calyce magno et corollis tomentosis abnormis et nulla cum alia comparanda. Similis est *V. calycino* Hausskn. in Sintenis exsicc. Armen. no. 2762 anni 1890, a quo differt jam foliis duplo latioribus, calyce fructifero duplo majore (nec 5 millimetrali), laciniis auctis, pedicellis rectis subincrassatis, nec sursum arcuatis aequalibus etc.

Verbascum (Lychnitis) xanthophoeniceum Gris. Hujus capsula hucusque ignota sec. specimine a Sintenisio in Paphlagonia lecto (Exsicc. no. 4699 anni 1892) fere matura vix 5 mm alta, tandem laxissime tomentosa, subnitens.

Verbascum xanthophoeniceum Gris. subspecies *V. eriocarpum* Freyn et Sint. — Habitu omnino *V. xanthophoeniceum*, sed caulis 3—4 phyllus (non scaposus), folia discoloria subtus dense niveo-tomentosa, panicula amplius magis tomentosa et parce glandulosa, pedicelli breviores (nempe calyce sesqui tantum longiores) capsula paulo major etiam matura tomentosa 4. (?). Julio, Aug.

Paphlagoniae. Tossia: in silvaticis regionis subalpinae montis Giaurdagh die 10. junio et 29. julio 1892 leg. Sintenis! (Exsicc. no. 4211.)

Dimensiones: Caulis circ. 80 cm altus, folia basilaria cordato-oblonga duplicatim-crenata maxima a me visa circ. 18 cm longa et ad medium 10·5 lata; rami paniculae florendi tempore graciles, tandem rigidiusculae; pedicelli florigeri 3—3·5 mm, fructiferi infimi usque 15 mm longi; calyx florendi tempore 3, fructifer 4 mm longus; corolla parva circ. 1·6 cm diametro, capsula (fere matura) ovata mucronata, 6 mm alta.

Könnte *V. bithynicum* × *xanthophoeniceum* sein, trotzdem die Kapseln alle gut entwickelt sind.

Celsia (Nefflea) Freynii Sint. in litt. — Biennis, virens, tota a basi ad apicem viscida et insuper pilis stellatis laxè tomentosa et pilis papillosis glanduliferis praesertim apicem versus glandulosissima; caule obtusangulo dense foliato e basi breviter adscendente recto stricto, in spicam simplicem vel in paniculam amplam abeunte, foliis alternis integris ea Verbasci phlomoidis aemulantibus; basilaribus late lanceolatis crenatis vel repando-crenatis acutiusculis in petiolum brevem angustatis; foliis caulinis sensim diminutis, infimis elliptico-lanceolatis brevissime petiolatis, caeteris ovato-lanceolatis basi cordata breviter adnatis, summis ovatis acuminatis in bracteas foliiformes

mas ad spicae apicem subcomosas insensibile abeuntibus; florum fasciculis densis, infimis dissitis, summis approximatis, pedicellis inaequalibus, alteris calyce aequilongis, alteris brevibus subsessilibus; calyce viridi glandulosissimo magno (initio 6 mm longo tandem ad 8.5 mm aucto) ad basin usque in lacinias late lineares obtusas fisso; corolla magna lutea intus ad basin purpurea, extus stellatim subtomentosa; filamentis 2 longioribus unilateraliter, 2 brevioribus undique dense violaceo barbatis; antheris omnibus reniformibus; capsula juvenilis ovata mucronata, plus minus dense hispida, decalvans. ☺ Junio.

Paphlagoniae ad Tossia: in silvaticis subalpinis montis Giaurdagh die 10. junio et 4. julio 1892 leg. Sintenis! (Exsicc. no. 4210.)

Dimensiones: Caulis circ. metrum altus, panícula saepe bipedali, ramis ad 25 cm longis; folia basilaria cum petiolo bicentimetrali 20 cm longa, ad medium fere 6 lata; calyx a 6 mm ad 8 mm auctus; corolla 3.2 mm. lata; capsula (juvenilis) 6.5 mm diametro, mucronata.

Species notabilis, habitu *Verbasci phlomoidis* L., floribus glomeratis sed affinis specierum longepedicellatarum quae omnes caeteris neglectis pedicellis calyce duplo saltim longioribus differunt. Insuper differt *C. Suvarowiana* C. Koch foliis infimis nonnullis lyratopinnatisectis, caulinis anguste lanceolatis, pedicellis solitariis, calyce 4 mm tantum longo; *C. pinetorum* Boiss. differt caule gracili, foliis infimis pinnatisectis, paniculae ramis tenuibus, pedicellis solitariis capillaribus, calyce 3 mm tantum longo, etc.; *C. cilicia* Boiss. Held. caule paucifolio, divaricatim ramosissimo, foliis latioribus, caulinis suborbiculatis, racemis laxissimis, pedicellis solitariis filiformibus, calyce 2 mm longo, corolla glabra etc.

(Fortsetzung folgt.)

Orchidaceae Papuanae.

Von F. Kränzlin (Gr.-Lichterfelde bei Berlin).

(Fortsetzung.¹⁾)

Sayeria paradoxa Kränzlin.

Radicibus numerosis satis crassis longissimis caulibus secundariis s. bulbis curvatis, gracilibus utrinque attenuatis 5 cm longis vix 1 cm diametro (siccis), valde costatis brunneis lucidis. Foliis 2 pone apicem bulborum, petiolatis oblongis acutis pergameneis ad 8.5 cm longis (c. petiolo) ad 2.8 cm latis, racemis pseudoterminalibus, heterochronicis primo alabastrum ovatum cataphyllis minutis vestitum efformantibus (reliquias 3 racemorum ad apicem bulbi vetustioris observavi, 1 in bulbo juniore florente), rhachi tenui squa-

¹⁾ Vergl. Nr. 7, S. 253.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Österreichische Botanische Zeitschrift = Plant Systematics and Evolution](#)

Jahr/Year: 1894

Band/Volume: [044](#)

Autor(en)/Author(s): Freyn Joseph Franz

Artikel/Article: [Plantae novae Orientales. 294-298](#)